taxat statuisse, & pro consequēte (quā minor immunditia in circo di
cebatur quia puerperæ tēpli ingressu & sanctificatorum contactu
folium interdicebatur) decreuit deus tres & triginta dies tantum, q̄
rum primus a partu octauus erat, quo circundebatur secundum
mandatum Abrahæ factum parvulus: Septem uero & trīgintatre
numerum quadragenariū iuste reddunt: quod hic Erasmus afferit
plane & scripture sacre obuiat, & ecclesiā ritu: quē purificatioſi san
ctæ dei matris cōmemoratiōne die quadragesimo celebriter agit.
Est igitur hereticā & schismaticā. Putem tamen hoc potius Eras
mo humana contigisse inaduententia (quoniam euidentissimum est
quo in stamus argumentum) quā proposito legis litera (quē perspi
cua est) obnitendit.

Pro. 54. ¶ Symeon sexen pueru Iesu bene precatus est.
P. ¶ Aſſertio hæc in ſpiritu ſanctum blasphemiam irrogat: quoni
am quidem bene precari alicui, aut eſt illi bonum quod nō habet ex
optare, & ut conſeruat a deo aut ab alio qui id potest uotis procu

rare aut ut in habitu bonis cōſeruetur, in eius proficiat. Quæadmo
dum in cōmentarijs ſuper Matthei. Iacobus Faber haec uerba He
braeor. Osanna, &c. aſſeruit (ſed profecto non citra blasphemia p̄in
de eſt, ac lī dixiſſet deo eοꝝ quicq; Saluū fac obſecro filiu Dauid. i.

Chīm: quicq; eiusmodi uox & laudis erat, & bone imprecaſionis, q̄a
ſ. pro Chīto quatenus h̄a erat deū deprecabant. Ei dē itaq; ratio
nibus quibus illici ostendimus Fabri cōmentarium impli eſt & bla
phemū: & plēns Erasmi aſſertio eiſlē ḡnis eſt monſtrat. Abſit au
tem ut Symeon iuſtus, & ſpū ſancto illuſtratus agens, bonū quodli
ber Christi etiā ſecundū ſerui formā exoptauerit, q̄ ſi uſquam in ca
tholicis doctribus ſcriptū inueniā, qđ huic blaſphemī uideatur a
ſtupulari: illud ad rectū trahendū eſt ſenſum, aut ſimpliſter declinā
dum. cū eīn ſint hec ſcripturis conformia, nihil aduersus ea militare
iufet p̄. Hallucinat̄ eft aut̄ Paraphrastes iſe, exiftimā p̄ theologiæ
imperiti quod reuult Lucas de Symone dicens: Et benedixit eis
(quod reuula illis q̄ibus agebatur bene erat precati, ſeu eis im
precarī bona) etiam Chīſtū contingere. cū tñ de deo loquens paulo
ante non in caſu dandi, ſed accuſatiōni dixerit Lucas: & bñdixit de
um, id eſt, bonū illū p̄dicando laudauit dicens: Nunc dimittis ſer
uum tuum dñs. &c. De beatis uero Maria & Iofeph uerba faciens:
datiuo uifus eſt caſu. Sic enim Iſa habet. Et erat pater eius, I. Chīſti,
& mater eius mirantes ſuper his quae dicebantur de illo. Et benedi
xit illis Symeon, & dixit ad Mariam, &c. En ex plena conſtat litera,
quia haudquaque ad Chīſtū referri potest quod dictum eſt, &
benedit illis. Peruerſe igitur pro euangelica ueritate, ecclesiā dei
de corde suo Erasmus impietates depromit. Sic tamen dicit quo
dam loco: Mihil monendum eſt lector craſſor, me uſquam in Para
phrasi loqui: ne quod ſub euangelista perſona modeſte uereque di
citur, ſub mea uideatur arroganter dici. Per haec uult Paraphrastes
nouus theologus quæcung in beati Lucae perſona locutus eſt, pro
euangelico ſenſu recipienda omnino eſt, nihilq; Erasmiſcum in o
mnibus contineri. cum tamen in plurimiſ longiſime a uero abhor
reant. Eſt autem id pro expertorum & doctoꝝ theologorum ſen
tentia, ſacrilegio p̄culmure. Appendat has ob reſ iuſta lance Eras
mus ſeipſum: & proculdubio inueniet, quia eſt a ueritate mihiu ha
bens, ſicut Balthasar rex Babylonie.

Cōſutatiōe
dropōniſ. 59
& diuſe le
quentium.

In calce ep̄e
ad Angli. re.

Daniel. 5.

Natalis Bede Censuræ in errores Erasmi

Pro. 55. ¶ Symeon iste iustus, nec sacerdos, nec leuites erat.

Lentura. ¶ Cum istud afferueret Erasmus paraphrastes, quod certissimum est Q. B. Lucæ minime uoluisse uidet ille quo se a facrilego uēdeat mē dacio, qui dixit ut proxime est commenrorati. Mihī monēdū est crassior lector me nusquā in paraphasi loqui. Porro nō hoc locutus est Lucas; sed pro solita audacia cōmentatus est Erasmus. Enīm uero in lege scriptū hac sup re legimus. Cum explati fuerint dies purgationis, siue pro filio, siue pro filia; deferet in fantis mi scilicet, agnū &c. sequitur. Et tradet sacerdoti qui offeret illa corā domino, & ora bit pro ea; & sic mundabitur & paulopost. Q. si non inuenierit ma nus eius, nec potuerit offere agnum; sumet duos turtures uel duos pullos columbag; tunum in holocaustū, & altero pro peccato; orabit q̄ pro ea sacerdos, & sic mundabitur. Ecce agendor in die purifica tionis pro puerperio per legē, solus a deo decernitur sacerdos minister. Beata autē dei nři nihil quod ad rem pertineret omisisse creden da est. solus uero Symeon tunc ministrasse p̄ Lucā qui accurare oia uidetur descripsisse refertur. Existimandi igitur omnino est: Symeonem quod expositores aiunt sacerdotem magni tunc in sanctitate nominis suis. & quoniam tunc non erat siue uicis ordo (aliоquin in ipso inuentus fuisset templo, de quo egredii non licebat citra hebdomadā finem ministrantes) in spiritu ueniat in templum, ut pro concessio nibi priuilegio, tunc sacerdotis fungeretur officio; qui accepisse responsum a domino meruerat nō uisitum se mortem nisi prouideret Christum dñm. Erasmus hanc ob rē & hic dicimus uiga de cor dē suo prophetat loquens, & Lucani nō refert, sed semet ipsum.

Pro. 56. ¶ Cunctis tandem rite paciū que ad purificationem praecrip se rat lex: reuersi sunt in Bethleem ubi natus erat puer.

Lentura. ¶ Etiam hic paraphrastes pro euangelio, quod euangelio & ratio ni aduersatur, mundo impie scriptis. Vehementer autem stupeo ho minem tam acris ingenij, & assidua lectione in uariis disciplinis do etissimum, tā profundo sepultum somno, ut in re ubi summa erat uigilādū sollicitudine orbi scriberet q̄ euāgelica historia manifeste obvia sunt. Age B. euāgelista Lucas, q̄ deo uolente solus infansilia hæc Chri, diuinam, Itaq̄ mādauit monumētū, testaf, dicēs: Et ut p̄fecerunt oia q̄. ad purificatiōis p̄tinebat mysteriū secundū legē Moyi: reuersi sunt in Galilæā in ciuitatē suā Nazareth. Erasm̄ huic occur

In Paraphrasu in Lucam. Cap. II.

CCL.

rit dicens. Omib⁹ tādē rite paciū q̄ ad purificationē p̄scripserat lex: reuersi sunt in Bethleem ubi natus erat puer. Quis non admirēt aut uiri inscitiam, aut sacrilegium: quod autem ad rei ipsius attinet causam: cur Bethleem reuerterentur, quo solū urgente Cæsaris editio fuerant: deo tamē ita disponente profecti: cum ibi nec hospitium in extrema necessitate potuerant inuenire? Nihil illis prorsus fiberauit cause ut illuc rediret: ad propria igitur remeasse eos, cū B. Luca circa dubitationem credendum est.

¶ Pater tuus & ego iam dies aliquot anxi⁹ te quæsiuimus oia me tuentes tibi qua parentum pietas solet amatis liberis metuere.

¶ Cur h̄ec Erasmus Luce euangelista ascribit, quasi per illum dicat: acutum apertam sp̄rent blasphemam: non enim euangelium scriben do potuit Lucas tam infane loqui. Scribit ille solum quoad hoc filio matrem dixisse: Ecce pater tuus & ego dolentes quærebamus te. Et ait ad illos: Quid est q̄ me quærebatis: ne sciebatis quia in his q̄ patris mei sunt oportet me esse: nō refert dixisse matrem: O silentu ebanus tibi mala, quæ pueris per parentum incuriam nō nunquam solent obuenire: quod hic uel consimile dictum inuenitur: metuere siquidem alteri, uereri est ne illi quodpiam accidat malum. Erasmi cum ergo istud est, sciebat quippe illa nihil malorum posse ei quæ uerum credebat deum esse contingere, quod non uellet ipse, q̄ si fecerit existimat illa: in deum blasphemaret: ceu Petro sic cogitan tis mel dictum est: Vade post me Sathanan sapis quæ dei sunt, sed ea quæ hominum. Hoc autem nefas est etiam cagittare. Dolere uero & anxietae in ardore torquer in naturę mortalis hominis proprium est, non impium. sibi certe mater & nutritius Ioseph metuerat non Christo: ne forte eo in negocio non nihil humanitus per incuriam fuisse omissum ab eis: quia scilicet alter alteri fidebat pro puero comitando seu reducendo.

¶ Jesus demisit se morigerumque præbuit matri & Ioseph nutritio suonon q̄ illis deberet obedientiam: sed ex sua bonitate obsecutus est ad tempus eorum imbecillitati.

¶ Jesus nulli debebat obedientiam nisi patri coelesti ¶ Pro. 58. ¶ Rursum hic contra euangelium, quā in arena pugnat paraphrastes. Lentura. Lucas de Christo testatur dicens, imo per eum deus. Erat subditus illis. Verissime ergo eorum iustis imperijs ut homo erat suppeditus.

Rr

Lucæ. 2.

Lentura.

S.

Matth. 6.

Pro. 59.

Lentura.

V

Natalis Bedæ Censuræ in errores Erasmi.

**Mat. 5.
Ioan. 6.**
Actu. 1.

Illis igitur naturali & diuino iure obnoxius erat. Erasmus contrainor inquit illis obedientia debebat Christus ipse dixit: Non ueni soluere legem, sed adimplere: & itaq; Descendi de celo nō ut faciam uoluntatem meā, sed uoluntatem eius qui misit me. V oluntas autē dei patris est ut parentibus iuste monentibus filii obtēperent: natura hæc lex est adeo incōmutabilis, ut nec in celo sua uirtute frustretur. Hinc pie ad misericordiæ matrē non formidat ecclesia etiā nūc supplicando dicere. Monstra te esse matrē quasi modo cuiusdā pīce fiduciæ cū uno sancto diceret: Iure matris impera redēptori. Vt hō certe matri debet uel modo Christus obedientia cœpit enim le sus facere & docere. Erroneū itaq; est quod hic docet Erasmus. Si autē opinatur & suis uelit uerbis ipm Christū patri coelesti obedientiā debere ut æternus est eius filius: blasphemia est post Originem, Arr̄n ē æternum damnata. Ut homo igitur non modo patri coelesti subditus est, sed & sibi ut deo, & spiritui sancto, & per hoc parentibus: quoniam id iussit sancta trinitas unus deus.

Pro. 6.0. ¶ Naamā Syr iussi⁹. ab Helīeo, ter mergi⁹ Iordanē obterēperat. **Lensura.** ¶ Humanus est lapsus iste: non enim ter solum iussus est mergi⁹ ab 4 Regū, s. Helīeo Naaman: sed septies. Sic enim in quarto Regum dicitur libro: Vade & lauare septies in Iordanē: & recipiet sanitatem caro tua atq; mundaheris.

Pro. 6.1. ¶ Etenim cum Sathanas natura sit mendax: etiam si quando uerum prædicat, non in aliud tamē hoc agit, nūsi ut fallat.

Lensura. ¶ In hac propositione illud solūm displicet: q; dicitur Sathanam natura mendacem esse, & id quidem quoniam scripturis sanctis cōtrarium est: & proinde erroneum. eiūdem nanq; natura modis omnibus a Deo creati fuerunt angelī: & quip̄ uirtutum officia uisumque liberi arbitrii creatoris adiuti gratia illi sele uti domino supponentes, adhærentesq; ut summō bono, ac eū seu patrē amantes, steterūt: & q; natura ac grā donis p uolūtatis libertate abutētes, aduētiā malitia sua in dñm dñ creatorē supbientes, ut ingratissimi ab eo sunt auerſi, & cōuerſi in cor prauitatis: & ita in sua prauitate fixo aīo obstatu fuere, ut recte illi nūq; agāt. Porro de oībus, tū angelis & hōiē tū cāteris creaturis p Moylē scribi fecit deus propter nos: quo. si ilud certo cognosceremus. Et uidit deus cūdā q; fecerat: & erat ualē de bona. Q; autem natura boni a deo creati fuerunt angelī, q; ac-

Gene. 8.

In Paraphasi in Lucam. Cap. IIII. & V

CCLI.

cidentē prauitatē dæmones sunt facti, euidenter docuit christus, referente Ioanne inquietus. Diabolus in ueritate non stetit, in qua scilicet est creatus: quia non est ueritas in eo, cum loquitur mendacium ex propriis loquitur: quia mēdas est, & pater eius: scilicet mandaci. Et ifud uno hoc explicuit August. uerbo. Dicens christus de diabolo. In ueritate non stetit ueritate lapsum intelligi uoluit. In qua utiq; si stetisset eius particeps factus, beatus cū sanctis angelis permaneret, sic ille. Quod aut̄ in canonica Ioannes ait: Ab initio diabolus peccat: non intelligendum est quod sine peccato nūq; fuerit: alioquin nunq; in ueritate fuisset, cuius oppositus christus indicauit dices: in yītate non stetit. Vult ergo Ioannes dices. Diabolus ab initio peccat quia ex quo cœpit peccare (quod ei accidit in mundi initio) id est rō longe post suā creationē uelq; modo peccat. Ob hoc tamen nō sit, ut eius sit mala & mendax natura: id est substātia quā creauit deus. Bonā certa est suātē natura omnis substantia, & proinde in esse ē cōseruat deus: minime hoc facturus, nūsi in se illa bona esset. Non itaq; satanas natura mendax est: sed acquisita peruersitate. Et quāq; il lud tritum. Consuetudo est altera natura, non sit reiūciendum: q; re de exprimat morem non simpliciter naturam esse, sed alteram natūram: id est primā (quae semper in se bona est) adiecitiam, seu accidētia assertiōnē tamen Erasmi magis illud arguit quā excusat.

¶ Fides autē obediēntia est, obcedit enim, q; iussus credere credit. ¶ In philosophia & theologia error est dicere fidem esse obcedēntiā. Est enim fides doctore apostolo, triū uirtutū diuinarū seu theolo galium, generatione & natura prima: quae ad rationē seu intellectu pīnet. Obediēntia yō iustitiae moralis nō theologica uirtutis pars seu species est in uoluntate cōsciente. Et hæc notoria peritorū cuiq; in philosophia sunt, unde apostolus ipsi⁹ Timotheo loquēs, has inter sele discernit ȳtutes, ubi ait: Iuuenilia desideria fugi: sectare yō iustitiae, fidē, spem, & charitatē. Quod aut̄ pro ratioē subiūgit Erasm⁹ dicens: Obcedit em⁹ q; iussus credere credit: suile est ac inane, alioq; ȳtus omnis obediēntia erit. Nēpe nulla, siue theologia, siue cardinalis, siue moralis est ȳtus: cuius nō possit aīo homo iussus elicere & exercere. Ita ergo rationabilum: obcedit q; iussus sperare, diligere, prudēter de agēdīs dictare, tēpate uiuere, sperat, amat, charitate, prudēter iudicat, & uiuit tēpate: spes igit obediēntia ē, & charitas: pru-

Rr iii.

Ioan. 8.

**Li. de ciu. xi
cap. 13**

Ioann. 3.

Ioann. 8.

**Pro. 6.2.
Cap. 5.**

Lensura.

1. corin. 13

2. Timot. 2.

Natalis Bedæ Censuræ in errores Erasmi.

dentia quoq; & temperantia. Eandæ sane uim cōnexio ista habet cū
Erasmi argutia latuqt; est tamen omnino ridicula.

Pro. 63. Solus Iesus omne morborū genus tolit; ab omnibus: nullū aliud
exigēta sacrificiū, quā simpliçem ac puram erga se fidutiā.

Censura. Hanc assertionē qd; utrāq; suā partem ad Lutheranas pñtere
herēles: s̄epi in luporibus, & cōtra Fabrū, & cōtra scriptorē hāc
cōmonstrat; est, propositio enim xlvi. cū hac in sensu cōspicatur. Quā
do aut animo; tollere morbos, id ēst quod p̄t̄o; vñcula soluere,
eaq; remittere: Christus uero suis dixit uicarijs: Quācung solueri-
tis sup terram soluta erunt & in celo, & rursum: Quorū remiseritis
pct̄ā remittentur eis. Non solus igitur Iesus omne morborum tol-
lit genus. Contra Fabrum aut̄ ad intentionē hanc nō pauca diuinæ
scriptura prodiximus testimonia: quibus omnino palam factū ēt
quod hic nos repetere cogit Erasmi litera, q; scilicet non solus chri-
stus omne morborū tollit genus, tollit utiq; sub eo ecclesia, tollit mi-
nister eius, tollit & pñuentis, tollit & fratrem ad pñuentitū cohortan-
tis: quiq; pro diuinis iussiōnib; suas ageris partes

Pro. 64. Quiq; christus frequenter oraret: tamen suos docuit paucis &
clam esse orandum, nec ullum exigit ieuium.

Censura. Non hic certe Lucas euangelista loquitur: sed euāgelij puerorū
B & depravator Erasmus Paraphrastēs: Homo qdē si nō mutauerit
mentē deploratus. Legens egdē h̄c illius dogmata, dissimilare
eius p̄icula nō valeo. Christus (ait Erasm) suos docuit paucis & clā
esse or idū. At nos cōtra sic assueramus: Suos christus multis & pa-
lā ac assidue docuit orare mō modo sub eius euāgelica lege, uerū &
ut deus sub ueteri. Nā p̄Dauid dictū est: Septis in die laude dixi ti-
bi. Et per eundē cōtinuus & pñblicos ritus orādi pro toto populo,
tribui Leuiticā tradi dñs p̄cepit. Vnde & p̄ Sapientē scriptū dī-
cens. Nō impediatis orare semp: & nō uerearis usq; ad mortē iustifi-
cari. In euāgelo aut̄ exp̄sis p̄ femei pñsum vñbis. Oportet (inq; Ie-
sus) semp otare & nō deficere. Per apostolum uero Paulū dicit. Si-
ne intermissione orate. At ne putaretur quod docebat nō agere. Ti-
mothē cōpällas ait: Gratias ago deo meo, cui seruio a progenitorib;
meis in cōscientia purat̄ sine intermissione habeā tui mēoriā in
oratiōib; meis die ac nocte. Hæc debebat Erasmus p̄p̄dere: pri-
usq; mundo nūciaret dices: Christus paucis & clā suos orate docuit:

psal. 1:8
**I. par. 2:5 et se-
que. Ecd. 8**

Lucas 1:8
I. Timot. 5
2. Timot. 1

In Paraphrasi in Lucam. Cap. V.

CCLII.

ut in unā doceret fideles ueritātē conspirare quācung scripturæ p-
tem, non enīm dissentionis scripturæ author deus est. Et quoniam i-
sta non est purādū ipse Erasmus sapuisse, et oportebat ecclēsia ma-
gistros consilere, ne ab eorū catholiciis deuīaret sensibus. Quod qd
neglexit linguarum p̄fidijs fidens: iuste permisit deus, ut euāgeli
cā vitati contraria crebre pro euāgeliō tradat, & pugnātiā nonnūn
q; lēcū quod uel hic obuenit illi. Pugnat utiq; simul secundū fidei q; i-
tati, christū frequentiter orāse, & suos paucis esse orādūm docuisse:
quasi aliter opere, & aliter sermone docuerit. Orās haud dubie fre-
quēter, suos efficacissima doctrina ut ita ageret instruxit. Quod do-
cendi genus uehementē multo cōfiteret: qd̄ plū mouent exempla
q; vñba, non enim frustis scribi uoluit de se: quia pnoctaret in or-
atione dei. In eo quippe diuino exercitio illū imitati sunt sui p̄t̄o-
ribus. Nēpe in principio actūtū apostolicorum de eis ita scripsit Lu-
cas. Omnes, scilicet christi apostoli & discipuli, qui post eius in cœlū
alēcēsionē Hiero; olymīs diuersabātur, erant perfeuerātes unanimi-
tate in oratione & obleruatiōe, cū mulieribus & Maria matre Iesu
& fratribus eius. Publicē item erant pīces, ad quas p̄soluenda ibant
ipsi christi discipuli: de quibus idē Lucas scribit dicens. Petrus & Io-
annes ascēdebant in templū ad horam orationis nonā & rursum
de illis tribus milibus ad Petri vñbum cōuerteris alijq; fratribus: Erāt
(inquit Lucas) p̄seuerātes in doctrina apostoloz & communicatio-
ne fractionis panis & orationib; & paulopost. Quotidie quoq; p̄-
durantes unanimiter in templo. Quod igitur hic scribit de oratiōe
Paraphrastē scriptura: vitati aduersum ē, schismatiū & clerū mo-
ribus pñcīo; lūsum. Nec minus id quod de ieuiū subiungit. Pro
qua causa Erasmo respondeat Clichtoueus: in his nos leuans.

Designauit dominus Iesus e numero discipulorum septuaginta **Pro. 65**
quemadmodum & anteā selegerat duodecim.

Sermonibus instructos chs Iesus emisit septuaginta discipulos: **Pro. 66**
facturos sui periculum in euāgeliō p̄dicatione.

Hoc in loco euāgelistā scriptū, quod rei yītas habebat, inq;es. De **Lensura.**
signauit dñs & alios, scilicet ab apostolis, septuagintaduo. Cur aut̄ D
duos suppresserit Paraphrastēs etiam bis: ipse uiderit. Quod uero **Luca 10.**
afficer illos missos sui periculum facturos in p̄dicatione euāgeliū
hiūmpietatem haud dubie spirat, & in christum blasphemā: am quiq;

Natalis Bedæ Censuræ in errore Erasmi.

scilicet quos ipse qui nouerat qd esset in homine seu maxime idoneos delegari poteret per opa probari, iustus ne ad id misericordia eos ipse elegisset. Abeat hæc infana cogitatio. Nec enim se probare cupiebant quos prefecit ille qui eis dixit: Nolite cogitare quomodo aut quid loquamini, cum eritis ante reges & praesides: dabitur enim uobis in illa hora quid loquamini. In eius siquidem uerbo rete in caputram laxabant, nihil habitant. Porro nullos per se christus misit, quos non efficerit idoneos sui euangelij praedicatorum. Fasimodo humana sineret ambitio, aut fideliuum promereri possent pia studia, ut eo duxat inspiratus ad regendos populos eligerentur: sicut utrum ad hoc assumerentur capaces & ecclesiae uiles, quemadmodum & tunc, quauis longe forent meritis disparres.

**¶ Pro: 67
cap. 18**

Censura.

¶ Pharisæus stans uicinus propitiatorio, uelut dignus qd cū deo co minus colloqueretur, si orabat &c.

Etiam hic quidem non loquitur euangelista: qui probenouerat, E aut ex certa lectione historie veteris instrumenti, aut diuinio magisterio, quidnam esset propitiatorium, totiusq; templi & atriorum eius structura. Erasmus autem de propriis uerba faciens non obscure indicat quā nesciret quae eum euangelii orbis tradit, solis innixus conieatur. Porro quoniā christum refert Lucas de publicano dixisse: Publicanus a longe stans, solebat nec oculos ad celum leuare: existimatuit Frasimus, Pharisæum proprius stantem oratione, quod fateor ad unam intelligentiam non debet improbabile reputari: qd scilicet ostio atrij Sacerdotum & Lectorum orando esset uicinus Pharisæus: Publicanus uero in illius atrij, in quo orabant uiri, parte infra, seu ab eodem ostio maxime distante. At quod exprimit Erasmi dicens: Pharisæus stans uicinus propitiatorio, ridendum plane est ueluti somnium quoddam. Propitiatorium nanci sicut in Exodo dicitur: aurea erat tabula, archæ federis superposita: cui duo Cherubim imminebant. Quando autem certum ex eadem veteris legis traditione constat, locum seu partem illam templi, in qua huiusmodi archa, & quæ continebat, propitiatorium quoq; & Cherubin erant, hoc est sanctum sanctorum: nulli licuisse introire, ne principibus quidem sacerdotum, id est illisquatuor & uiginti quos deus per David designari mandauit, quo ceteris praesidentes (qui minores dicebatur) sacerdotibus, secundum sibi assignatas uices quotidie altaris ho-

In Paraphraſi in Lucam. Cap. V.

CCLIII.

Iocasti & thymiamatis quæ lex mandabat suo exequenter ministerio. Qd inquam illis illicitu omnino erat propitiatorum accedere sed tñ uniuersitatem pontifici, qd absolute cū tñ pfectus erat: id quidem semel in anno, s. decimo die mensis septembri, qui ob hoc dies propitiatio dicebatur: qud dici pōt Pharisæus propitiatorio suis oculo uicinus, qd nec atrio sacerdotum ingredi pmittebatur? Sunt itaq; yba ista Erasmi quasi nebula quadam, historie antiquæ legis quo ad hoc ueritatem obtenebrantes: quæ citra causam ignoranter esudit, ad Luca literam suas addens præsumptiones.

¶ Alius ostendit aliquem ex Pharisæorum genere nigro pallio: & dicit: Asperge, hic est Christus. Alius rursus indicat alium cādido pallio, & dicit: Ecce, hic est Chrs: Alius diversos indicat colores & formas uestitū: clamat, Hic est Chrs. Alius demonstrat uestimentum piscibus: & dicit, hic est Christus. Alius spadonem ostendit, id est, continentem: & dicit, hic est Christus. O Iudaicum & incredulum genus: uis uidere Iesum: concende arborem: sume tibi oculos Zachari.

¶ Nihil penitus in his audimus qd si euangelicū: non loquitur S. Lucas, sed impudētissime serinx sacerdos, perosus sanctu quæ olim professus fuit religionis statu, sacra suis propheta uenientis sermonib; salutifera patre beatore subsannat instituta: Christi uestem polymita (quæ qm̄ inconsutilis est desuper contexta per totū diuidi haud poterit) pro uiribus colcindere satagit infelix hō sua uerborum figura. Qui autē pro his impietatibus nō illi succenfer, qui quorsum ille tenet intelligit: quo spū agatur uiderit. Manifestum est enī per hanc Erasmi parabolā, illum & castitatem mordere ecclesiasticos: & professo grac criminari omnem uictus abstinentiā, austерitatēq; uestitū. Porro cum deo acceptissima sint eiusmodi penitentiae officia: ea tam uocata & Pharisæica. Beatos yō patres, qui de rebus illis certas dederunt regulas: utputa Basilium, Augustinum, Benedictum, Franciscum, & reliquos qui facere cooperunt prius, & que fecerant pro imitari uolentibus, hoc eidem deo inspirante, & ad id magnifice exequendum ministrante sapientiam, literis posteris mādauerunt: imp̄issime & execrabilis blasphemia incredulos appellat. Cum autem dicere, Alius ostendit aliquem nigro pallio, & dicit: Asperge hic est Christus, &c. pium hunc & rectum habeat sensum: uidelicet qui sub magisterio S. Benedicti, hoc colore uestitus uitā suā

Censura.

F

Ss

Natalis Bedæ Censuræ in errores Erasmî.

regulauerit, piscibus uescendo uel continendo ut spado: ibi Christus sicut eius p̄ceptor Benedictus inueniet (quod si non feliciter cōtigere Mauro, Romano, alijsq; beatorib; milibus multis monachor; & exp̄obret Erasmus) Sensus tñ eiusmodi ueritatis, & euangelicis cōfiliis germanissime consentanei, quicq; omnē eius claudit perfecione: ut pote quia datā per monachor; Benedictū nomine & re(a)it S. Gregorius(p) patriarchā, uiuendi formā non tenet, qui pro uitribus & euangelicis mandata & monita atq; consilia obseruare non studet. Adridendum tamen eadem uerba detorquet intellectum Erasm; sed id dubio procul impudenteri damnableb; qui enim sacrum religiūnum factiūrum lacerat statum: hæreticorum in superioribus locis contra Fabrium expressorum discipulus est, non Christi.

¶20.69.
Cap. 22.

Censura.

G

De eo quid in hac propositione statuere potissimum uult Erasm;, non licere uidelicet christiano uim vi ullo repellere casu: quidnā ut secundum rectam fidei doctrinam iudicandum, ex dictis pro assertione, xxvii, in superioribus est mōstratum. Diutino autem iure naturali declarante, Hebreis licet in iuuentu uirū repellere, domino sic dicente. Si effringas fur domum sive suffodiens fuerit inuentus, & accepto uulnere mortuus fuerit, percussor non erit reus sanguinis. Hæc uero lex iudicalis in utroq; humano iure recepta est & obseruatur: ut ex cap. Si perfodiens constat, titu. de homicidio, in anti. In consilio autem Vieri, eodem titulo in Clement. ita legimus. Si furiosus aut infans seu dormiens hominem mutilet uel occidat: nullam ex hoc irregularitatem incurrit. Et idem de illo cēfemus, qui mortem alteri uitare non ualens suum occidit uel mui-
lat inuiaorem. Cæterum quoniam in praefentiūrum occurrit: paraphrasten nostrum unūm postulo sermonē. Cum &c in Mattheo & hic illūctum prorsus cest& & predicat, aduerſus sceleratos etiam qui cuiquam uolunt mortē iniuste ac uiolenter inferre, illis uim vi repel lendo obſtinet: cur semetipsum ore proprio damnat? Alter quip prescribit, & alter agit. Dei (inquit Erasmus: sed profecto errone)

In Paraphrasi in Lucam Cap. XIX. & XXII. CCLIII

mandatū transreditur Christianus, quisquis iniuste illatam uim vi fatagis quo cunq; casu repellere. Horū mundo euangelist cum hæretico Lutherō & errante Fabro, ceterisq; recens per linguas, artē theologiam tractantibus, audi quā sūt sint doctrinae cōsentanea opera. Quātum nouimus, Erasmus iniusto utiq; catholicæ ueritatis cum praefatis gracib; multis fariā aggressor; obniti studuerūt non uia facti legibus inimica, uerū legitimo iure (quo non modo licet cuīq; potentia fidei ueritates tueri aduersus illas ledentes: sed ut id agat omni lege mandatur ueluti yatis ipsius catholicæ defensores obuam ferunt in arenam descendentes his postremis annis aduersus illius errores certaturi. Edoardus Lewis, Jacobus Stunica, docti-
lare mea opinione theologi, prodijt & Petrus tutor, gradu Parisiensi, in theologia doctor & Carthusianus professione. Ex his autem que responderet molitus est Erasmus: (qui haud scit an aliquando tacere docebitur) uident tardi mente: quia nihil penitus operibus suorum securus est documentor. Vim illi q̄um ad principia reg; argumenta spectat, nō intulerunt Erasmo sed ueritatis uolentiam interroganti obſtiterunt studuerunt. At q̄ eiusmodi defensoris armis nō nihil suā non dei gloriam uidit attingi: non ferens cuiusq; correptionem, quē (ut aiunt) non mouit lapide, ut saluā sibi retineret in mēdo gloriolā. Tā in certe egit non defendendo ueritatem, sed illā tuentibus recalitando, ut ab omnibus probis q̄ legerūt r̄fisiones eius impatiētissimus omniū iudicetur esse scriptor. Et proinde maxime illi cōpātiendū existimenter, s. leipsum omnino ignorās, de oīm conditionib; hominū sibi iudiciū uane arrogauit, quasi hō qui nihil nesciret. Quid autē ageret si quisquā iniusti in eius persona uim conare ferre, non est difficile conjectare: qui certe pro iusta causa non p̄t patienter audire correctionis yba, sed neruos oēs, omnes & uires explicat, ut recte monentes reiçiat: q̄n non resistendo sustineret cōtra iustitiam illata uerbera. Alter igitur omnino loquitur, atq; aliter agit. Illius & nostri dominus misereat. Porro ita agens, leipsum Lutheri & sequacium prestiti, aut praceptorem, aut discipulum, quod norunt qui eiusmodi hominum legerunt scripta.

Iesus suam mortem non lugubrem: sed gloriōsam esse uoluit: nec deplorari: sep̄ adorari. Non enim deflenda est mors innocentis. ¶20.70.

Si de gloriōsa Chriſi resurrectione diceret Erasmus, eundē Chrm

Censura.

Ss ij I

Natalis Bedae Censuræ in errores Erasmi.

noluisse eā esse lugubrē; cū euangelio saperet. Nē pē ad monumen-tum foris Mariae Magdalena statī & plorāti dixerūt angelis. Mulier quid ploras? Perleuerat tē in fletu occurrēs in alia specie Chis; itidē ad illā ait. Mulier quid ploras? quāsi & angelos dñs & ip̄s, sce-minā dicerēt. Dum Christo ut homini pro hominis redēptione, o-minibus deploranda lachrymis ab iniquis inferebātur; t̄p̄s erat fletu diac gemēdi, q̄ uere deplorāda tū recognitāda proponerentur. Nāc & resurrectionis consideranda uenit gloria, q̄ mysteria cōpēctūr nō deflenda, sed spiritualibus attollēda exultationū uocibus & iubilis admirāda. Cū uero pastōrem ac mortē luctuofissimā dicit nō de bere per tunica & memoriā deplorari: quis delicato huic militi p̄-beat assensum, q̄n contra cōmunem naturā legē docet. Notum em̄ experientia sc̄itur, qui historia flebilis & luctuose cōmemoratio ui-sua a corde pio lachrymas elicit, hinc fatetur Augusti. se puer Di-donis historiā legendō, q̄ illā ob amorem s̄e occiderat, plorasse. Si i-gitur Christus suā morte noluit esse lugubrē & deplorari; cur eccl̄iae inspiravit ut redeunte tpe studiōsissime illūs recitetur historia? cū & litera, & ei adiecta non sine diuītu nutu musica, etiā a cordibus duris uīquādā lachrymas extorquent. Hoc inquit A. post. sentite in uobis, quod & in Christo Iesu. Mira quidē Erasmus, & uere defen-da molitur, id est, ieiunia reprehendit, a carnibus abstinentiā, ut Iudeācum more dānat: ueftitus auſteritatē ridet, omnēq̄ p̄cenitētē dī ſc̄iplinā respuit, paſſionis deniq̄ & mortis Christi memorū, t̄atā cōtra rei naturā uult esse non flebilēm. Regnare uult non militare, glo-ria & honore coronari non certare; qualis iā non effet in lachrymarū ualle, sed elevatus in monte sancto. Non trāſlbit profecto nouis e-uangelista Desiderius de delitīs ad delitias: nullus sic docuit ſanctōrum; V̄ch, inquit dominus, uobis diuitib⁹: qui habetis hic conſola-tiōne ueſtrā, & rufus; V̄ch uobis qui rideatis nūc: quia lugebitis & flebitis. Quid precor, facere poterimus huic noua Lutheranoſ ſa-ctioni? Si utiq̄ illis crederet eccl̄esi: non ultra lucis retineret tpa, nullā dierum feſtorum uigiliæ relinquerentur nihil de Septuageli-ma, nihil de quadragesimali ieiunio, nihil de dominica i passione, ni-hil de poſtema; q̄ & ſancta dicunt & penitula hebdomada ageret; t̄p̄s omne per annum pro diebus duceret paſchalib⁹; Non legeret lu-gendā paſſionis dominicā huiorū, non psalmos illā prānuncian-

Lib.1, confe.
cap.15

Phil.4,

Luc.6

In Paraphraſi in Lucam. Cap. XXI.

CCLV.

do deſcribētes, nō prophetā Eſai, non Hieremias Threnos, & cōfili-a, cur hoc qm̄ eiūſmodi uix legi a p̄is poſſunt fidelibus: qn̄ erā-pant cōpaſſionē lachrymae, & dicit Erasmus. Nō eft mors innocētis defida etiā ab ijs quos morte iniuste illata a iusta morte liberat, & q̄ dē eterna. Eſt certe de eiūſmodi inuita morte fēdum ſuo tpe: & ui-ciſſum de redēptō gaudēdum. T̄p̄s (ai ſcriptura) fēdi, & t̄p̄s ri-dēdi. Has ob res Erasmo cōtestoriga nō eft theologia quod tradi-di in his & alijs nō paucis, sed Sathanæ traditio, gladio & ignib⁹ cō-ſectanda. Eodē aut spū quo hic agitatus eft Erasmus, locutus eft & Faber propositionibus, cxxxiiij. & cxxxv. ſup euangeliā. Si uelis illic uide conſutationē: que (ſatorē) poterat multis augeriſ, ſed finē cupi-ens multa quaē occurruunt nonnuinq̄ omitto.

¶ Ab hac hora ſexta, uidelicet qua maxime ſole feruere ſol, tene-bræ ſubito obortae ſunt p totam illam regionē Hierololymitanam uīq̄ ad horam nonam.

¶ Ut Erasmo donem̄ potuiffe illū ad euāgelicā literā adjicere nō Lēnſura. nullamodo fenibus cōuenirēt fidei aut ſalte nō di cōuenirēt, cuiu-modi quod hic de ſuo ſcriptis, ſc̄ilicet ſolē maxime feruere ſexta hora: puto cēdāndā pro cōmuni enūciandi forma. Quāq̄ enim ex philo-lophia cōptum ſit nullo anni tpe plus alio feruere ſolē, nec illa diēi aut noctis hora magis alia: ſed unū eundēc̄parē ppetuū ac uniformē ſemp̄ habere feruorē, utpote qui in ſe neq̄ incrementū aliquādo uifcipit neq̄ minutiōne: partē tamen mūdi huius inferioris in or-dine ad quā ſexta hora eſt ſeu meridiana, quaecūq̄ illa fuerit (nā ſem-per eft aliquid meridies) quia impensius calefaciſ ſol propter cauſas philoſophis non ignotāſ: iſcīrco in ea exiſtētiū rēſpectu maxime fer-ueſte dicitur, cum aliaſ quāldā mundi partes frigere maxime ſinat. Non itaq̄ uim euāgeliō intulit Erasmus dicens quod a ſanctō Lu-canō nō habet: ab hora qua maxime ſole feruere ſol. Hinc neq̄ diſpli-cere id cuiuī debet, q̄ uerum ſit & euāgeliō non aduerſum. At ue-ro quod ſubnēctens aſſerit tenebras fuſſe p totā illam regionē Hi-erololymitanam, innuens q̄ illic ſolum fuerint: cuiq̄ merito ingratū eſſe oportet. Porro in hoc etiam Origenem (quē in praceptoribus poſſimum ſeſe habere teſtatur eſt) audēdo excessit. Siquidē ille nō id aſſerit: ſed ait. Arbitror ergo ſicut cāterasigna quaē facta ſunt in paſſione ipſius, ſc̄ilicet christi, in Hierusalē tanquamodo facta ſunt.

Hom.35. ſu-per matth.,

53 ij

Natalis Bedæ Censuræ in errores Erasmi.

Sic & tenebræ tantummodo sūp oēm terrā Iudeā. Nec enim extra Iudeam petræ diruptæ sunt, aut monumenta apta; nec alia terra tremit tunc, nisi terra Hierusalē, sicut solā in Hierusalem uelū templi scīsum est. Ecce in duobus ad euāgeliū addendo sūp g̃re dītū Erasmus discipulū Origenē p̃ceptōrē: Quoniam quod h̃ic non afferit, afferit ille: & quod hic ad totā Iudeā extēdit, quae tribū duodecim terrā cōphēndebat, hic ad Hierosolymitanā contrahit. Neq; enim regnum Israēl quod tribū decem cotinebat: terra hierosolymitanā vocabatur, sed tantū regnū Iuda. Hoc tamen & illud collectūm ter rā Iudea recte dicebatur. Ceterz q̃i h̃ic quæstio de nomine esse uidetur, hoc sup articulo iudicō non cōtentiose agendū esse. Dicam⁹ potius & p̃ceptori Origeni, qui crebro soli agit cōiecturis, & Erasmo: non uerū esse quod ille uelut cōptum suspicatus est. Signa uidelicet omnia illa que sūb dominica p̃fessionis historia cōtigisse in euāgeliō leguntur: tantummodo in hierusalem fuisse facta, q̃to minus illud uerū esse poterit: quod inde putat probe collegisse, tene Mbras scilicet illas super Iudeā terrā solum cōtigisse: Cū aut in quibus singulorum exigitur ueritas, q̃ia syllaba cadit, ait iurisperitus, a toto cadere debet haud iniuria quæ parauit. Origenes rationū argumenta reiçienda ducimus: tum q̃ appendenti dīctōrē maturam plane occurrit non esse æquum afferere; quia tantummodo in Hierusalem uelum templi scīsum est, cum pro mundi redēptione p̃de ret in cruce māndi dñs, aut apta sunt monumenta illīc quoq; tenebræ solum appariuisse motāq; fuisse terrā, tum q̃ scīsum id ē quod de terrā motu dicit. Origenes testatur August. sic inquietus. Inter rāmotu dīcārē p̃fessiōis undecim in Thracia ciuitates subuersē sunt hoc afferit Aug. iam senex: quod certe non cītra legitima existimādus est scīssile documenta. De ipsis aut tenebris docet Hieronymus non fuisse eclipsis, quod certa ratio mōstrat: sed fuit uniuersalis ob tenebratio solis, de quo sup Martham sic ait: Hoc factū reor ut cō pleatur prophēta dicens: Occūberit sol meridie: & cōtenebrabitur su p̃ terrā in die lux, & in alio loco. Occubuit sol cum adhuc media et̃ dies, uidetur q̃ clārissimum lumen mundi, hoc est luminare maius, re traxisse radios suos: ne aut pendente uideret dñm, aut imp̃i blasphemantes sua luce fruerētur. Quod p̃terea non in sola Iudeā terra ill̃ appariuerunt tenebræ plane tradit B. Dionysius: de Appolophan

L. 2. de mītr.
L. 3. p. op. x

Amos. 8
Hiere. 15

In Paraphrasi in Lucam. Cap. XXIII. & XXIII. CCLVI.

philosopho sc̃tō Polycarpo his scribens yb̃is, T p̃ crucis dīcārē era in ambo apud Helopolim, id est solis ciuitatē, in Aegypto: ambo simul incidentē mirabiliter soli, lunę globū notabamus &c. Et ad eū den Appollophanē. Tu, inq̃, mihi p̃cē coēnus una morantes cō fitteramus, c̃i feria quadā sexta & hora etiā p̃cē sexta, sol horribili bus subito & obsitus tenebris, &c. Et quis p̃tendat b. Dionysius id lune interpositione fuisse factū: scripturis aut̃ p̃f Hieronymi sen tēta congrue magis uidetur, q̃ diuina potentia solis rad̃i fuerint remorati, nā sic ait Lucas: Et obscuratus est sol: in id tamen cōueniunt q̃ non solū illas p̃sa est tenebris (sicut temerarie afferat Eras mus) Iudeorū terra, sed & gentium. Quod plane scriptissime uident̃ Matth. Marc. & Lucas. Primus enim ait: A sexta autem hora, tenebra factæ sunt sup uniuersam terrā, usq; ad horā nonā. Alter uero: Facta (inquit) hora sexta tenebra factæ sunt p̃ totā terrā, usq; ad horā nonā. Tertius autem, id est Lucas, ait, Erat aut̃ fere hora sexta, & tenebrae factæ sunt in uniuersam terrā usq; horā nonā. Entri um euāgeliſtarū litera aperte sonat, tenebras illas p̃ uniuersam ter ram factas fuisse nec potest quicq; exp̃ressus designari. In cōsultissime igitur planā diuinorum scribarū reliquit Erasmus sententia, na cta in Origenis suspicitionibus occasione, quem (ut p̃diximus) etiā temere addendo hic superauit.

¶ Christus discrevit nobis utriusq; legis discriminē: interdicēs dī vortū, quod Moysi lex cōcesserat: Prohibens iurare, quod nō prohi buerat lex prior, iubens etiā inimicos diligere: cum uetus lex p̃mit ter & odīsse & ulciſſimū inimicū.

Omnia h̃ic in superioribus ueræ scripturarū intelligentiæ cōtra- L. ensura. ria esse & errore plus lat̃ ostendimus.

¶ Quid exigit christus a suis, nīsi fidem: & post pauca. Deus non p̃ro. 73. iudicat ex operibus, sed ex fide: non ex cibo aut potu, non ex ueste aut ocio sed ex animi pietate. ¶ Et h̃ec fūre nō seinet reproba ta quā autem non admīretur: si perpendat quanta hostilitate in oīa M penitentia opera grāciflantes feratur theologi: usq; adeo ut clam̃ent honorē opere meritū nō correspondere p̃metit: & (ut hic) q̃ de us non iudicat ex operibus: Cum tamē euidētissime iudex christi? sit p̃nūcianit ecclēsia renarrante Matthæo, iudicādo mūdū nī hil sele cōmemoratur, nīsi externa hominū opera bona ad regnū

Eph̃. ad̃
ly car. quād
ordine 8
Ep̃it. II

Lucas. 23

Matt. 28

Marcus 5
Lucas. 23

Pro. 72
Cap. 24

Natalis Bedae Censuræ in errores Erasmi.
 præmio, mala & ad suppliciū sempiternū. Cū uenerit, inq[ue], filiū hōis
 in maiestate sua, & oēs angelī eius cū eo: tunc sedebit sup sedē mai-
 statis sua &c. securt. Tunc dicet rex his qui a dextris eius erūt. Ve-
 nite benedicti patris mei: possidete patrā uobis regnū a cōstitutiōne
 mīdi. Meritoria aut cause tantæ mercedis exprimens nō dicit. Fidē
 habuistis & fiduciā in me, aut in animo pietatē: cū tamē certū est illa
 deesse nō potuisse electis: sed ait: Eſuriū em̄, & dediſtis mihi mādu-
 care, ſitui, & dediſtis mihi biberem̄: hospes era, & collegiſtis me &c.
 Reprobiſ ſo contra pro ſuā cauſa peditiōni, eiūſcēmodi opm bone-
 rū duxatā omiſſiōne eſte cōteſtatur. In loſine uero itidē: Procedet
 (inq[ue]) q[ua] bona fecerunt in reuurrectionē uitæ: qui uero mala egerunt
 in reuurrectionē iudicij. Nihil hic de fide exprimis, de fiduciā nihil:
 de opibus trīmō dñs in iudicio diſceptatū ſeſe pñncipat, q[ui] il-
 lis debetur celi p̄mū. Et dicit Erasmus: Deus non iudicat ex o-
 peribus. Paſa ergo in hiſ deliſrat: ſicut in non pauci alijs.

¶ Inter diſcipulos era Thomas, uel cū eis, q[ui] christus in die reu-
 rectionis ueſpiā ianuis clausis ad illos intravit, & ſtetit in medio eorū.
 ¶ Altissimo ſolitus ſomno tenebatur Erasmus quando hac char-
 tis comiſit, que plane euangelicæ aduersantur ueritati. Porro de
 ea ipsa chriſti appariſtione ſcribens Ioannes, ait. Cū ſero effet die illo
 (ſelicit resurrectionis) una, id eſt prima ſabbatorum, quod eſt domi-
 nica: & forez erant clauſe, ubi erant diſcipuli cogregati propter me-
 tu ludorū: uenit Iefus & ſtetit in medio eorū, & dixit eis: Pax uobis
 etc. ſegur. Thomas autem unus ex duodecim, q[ui] dicitur Didymus, nō
 erat cū eis q[ui] uenit Iefus. Dixerit ergo ei aliudiſcipuli: Vidiū dñm
 Ille aut dixit eis: Niſi uidero in māb[us] eis fixurā clauſorū &c. nō credā
 Et post dies octo iter[us] erat diſcipuli eius intus, & Thomas cū eis uen-
 nit Iefus ianuis clausis &c. Ecce nō hic op[er]o eſt yb[is] plurib[us]. Spū euā
 gelico certe nō agebat paraphraſtes noſter calamū ſtringēdo: cū in
 foribus, id eſt tritiflora aberrat uia. Mirabile aut ipſe, aut ſcribē-
 do, aut diſtađo, uel recenfendo, hūc nō animaduerterit lapſum. Per
 milī ſane iſtud opinor dñs, quo uel maniſtiffimis erroribus dare
 tur lectoribus occaſio ſibi in ceteris cauēdi: & non putarent uerū
 eſſe quod in epiftola premiſi: ſeſe uidelicet in paraphraſi nūq[ue] log,
 ſed Lucam, Quod quidem aſſertum, omni peſilente auranoſentū
 uſu exiſtimari debet. Nobis ignoscat dominus Amen.

ERRORES EX

EPIſTOLA ERASMI AD DOMINVM

Ferdinandū, pro Paraphraſi in Iohannem excerpti, cum
 adiectis in eosdem Cenſuris.

Sic multa dicitur à dño, ut nō prius intelligenda ſciret, nec prius Prop. 75
 intelligi uellet: q[ui] rerū eventus quod dicitur erat, explanaret.

 Rasmus muneris qd ſuſcipiebat, l ohānis ſcilicet et **Lensaſa**, uāgeliū p Paraphraſim explicādi, arduitatē illuſtris P
 firmo principi Austriae Archiduci apienſis: inter alia,
 qd hic tranſcripsiſimus, proponuit: ſed profeſto nihil
 ad pſentē eius ualeat intētōne. Eſto qdē nō pauci ſer-
 monū Chī cū eos proferret minime ab audiētibus intelligerētur:
 quādmodū nec beata eius parēs, & uir sanctus Iofeph pceperunt
 qd ad eiusdē matris uerbū quo quēſierat: Fili qd feciſti nobis ſic:
 reſpoſdens dixit illis, cū adhuc duodecim annos natus eſſet: Nefcie-
 bat is qd in hiſ q[ui] patris mei ſunt oportet me eſſe. Sic erū de hoc retu-
 lit Lucas: Et nō intellexerūt uerbū qd locutus eſt ad eos. Ermō cō Cap. 22:
 ſimiſi de eo qd duodecim aplis ſuis ſp[iritu]lū dixerat: Ecce ascēdim⁹ Hie
 roſolymā, & cōſummaſum oia q[ui] ſcripta ſunt p prophetas de filio
 hoīs. tradit⁹ ēm̄ Cētib⁹, & illudet⁹, &c. idē Lucas testaſ dices: Et ipſi
 nihil hoḡ illelexerūt: et erat uerbū iſtud abſcōditū ab eis: & nō itel
 ligebat q[ui] dicebātur. Quid tñ iſtū ad euāgelicę ſcripturę obſcurita-
 teiā pīnet⁹ nihil penitus, certū nēpe eſt, oia illa tam p[ro]p[ter] euētus q[ui]
 ſpū ſanciū illuſtratiōe fuſſe p ap[osto]lōs & Chī diſcipulos plene intel-
 lect⁹: multo aī tpe q[ui] ip[s]a ſanctū euāgeliu in pellib[us] ſeu chartis de-
 ſcriberetur. Qm̄ iſgitur q[ui] in nōnullis euāgeliū ſui nōdū ſcripti par-
 tibus futura pñncipiauit Chī, p alias partes cōpleta legunt⁹, q[ui] mul-
 ta ille dixerit ſic ut nō intelligerēt prius q[ui] facta eſſent, nulla tā in
 de difficultat[is] intelligēdi euāgelio oritur. Q[ui] uero addit⁹ Erasmus,
 dices: Nec prius uell et illa Chīs intelligi, &c. arbitriatu oīno cēſe-
 ri debet. Porro ut in ſupioribus mōstratū eſt, nō ſemel Chī ſuſt[er]e
 ſuos arguit auditores: q[ui] tā forēt obtuſa mētis, ut q[ui] dicebat illis nō
 intelligerēt. Vñ & ſup h[ab]m̄ ſi indocilitate diuobus diſcipulis, qbus
 in Emaus die reuenerationis euntibus ſe iuxxit dñs, dixit: O ſtulti
 Tt

Natalis Bedæ Censuræ in Erasmi errores.

Marti, ult. & tardi corde ad credendū in oībus quæ locutis sunt prophete. Omnisibus autē apłis recubentibus in die sua ascensiōis, apparet: exprobrauit incredibilitate eorū, & duritiam cordis. Imp̄tū igitur est dicere, Christū docendo suos nōnulla quæ dicebat noluisse eos intelligere. Etsi em̄ absolute, & omni facilitate poterat ipse efficere, ut singula q̄ ab eo audirebant, plenē intelligeret: nō iudicauit tñ id tu expedire: ut scilicet p̄ miracula, seu infusam scientiā docerent. Eos prius uoluit more alioꝝ cura, studio, & labore exerceri: quo merentur meliorū capaces fieri honorū, propriāq̄ agnoscēdo imbecillitatē in morib⁹ humilitatē cēseruerant.

Prop. 76 ¶ Principes suis nōnunq̄ ab h̄s q̄ p̄fectae reli ḡiōis professiōe cōmēdant: existimāt summā esse pietatē, si quotidie precū, quas horas vocant, penitū absoluunt, si nullus dies abeat absq̄ sacro.

